

EPICEDIA,

quæ

Memoriæ

Nobilis, Clarissimi, Litteratissimi,

Humanissimiq, Viri,

Dn. M. MICHAELIS

CAELII, G. P.

Con-Rectoris Gymnasii Vratislaviensis

ad D. Elisabethæ, fidelissimi:

A. D. VII. Calend. Sextil.

An. Chr. 1633.

piâ placidâq; morte rebus
humanis exempti,

& *A. D. V. Calend.*

honorifice sepulti;

consecratum ibat

DISCIPULORUM ALIQVOT

pietas.

4 V 52, 36

VRATISLAVIÆ,

Excudebat GEORGIUS

BAUMANN.





INvida mors precibus, fulvo nec flectitur auro:
 Sed necat & tollit, quicquid in orbe viget.
COELIUS exanimis subito sic deserit artus,
 Sic periit Ludi Pieridumq; decus.
 Longius hunc tempus vitæ numerasse decebat:
 Sed molli virvâ spe requiescit humo.
 Semper honos, nomenq; ejus laudesq; manebunt,
 Pax erit in cælis, perpetuusq; locus.




Piæ Præceptoris sui memoriz
 consecrabat lubens

JOHANNES FRIDERICUS WILHELMUS à BEYR.



COELIUS heu! (Juvenes mœstû deducite Carmen)
 Extremum vitæ clausit in orbe diem.
 Ast anima in Domino vivit, quæ sanguine CHRISTI
 Mundata est expers criminis atq; necis.
 Dignus erat longo ducendæ tempore vitæ,
 Ast aliud de illo, Fata Deusq; volunt.
 Victor erat Musæ: violas date: spargite flores:
 Et tumulus grato spiret odorq; Rosas.
 At vos discipuli, virtus quibus inclyta cordi est,
 Dicite, sit Functio PAX REQUIESq; DEUS.

Obitum & abitum Præceptoris sui
 longè clarissimi collacrumans fundebat
 GOTHOFREDUS ALTENBURG, N. S.



celūos.


534402

celūos.

Eheu quàm gelidum strinxit mea pectora frigus!
 Nil nisi flere libet: Nam cita faia gemo.
 Eheu quàm plenum cor fletibus aestuat intus!
 Fata hæc non aliter quàm Patris ipsa, gemo.
 Musæ, noster amor, lugubre ô plangite Carmen!
 Occidit heu vestri maxima cura chori!
 Musæ noster amor, tumulo super addite Carmen,
 Occidit heu studiis fida columna meis!
 Te cecidissee queror, COELI, qui vivere rectè
 Monstrasti, meritò dignus honore Patris.
 Te cecidissee queror COELI, post mille labores,
 Ornasti Spartam, Doctor amande, tuam.
 O decus omne Tuis! postquàm te Fata tulerunt,
 Nunc palles Letho, fama sed ipsa viget.
 Namq; tuum nomen semper laudesq; manebunt,
 In mundo vivet nec morietur honos.
 Ipse animus vivit, Superum nam sede receptus:
 Jam, COELI, cæli fulgida tecta tenes.
 Quid multis? Superâ hac cælorum in sede, beatas
 Latitias, MICHAEL, à MICHAELE, capis.

Affectu filiali hoc extremum
 Pietatis officium, requirente,
 pangebatur,

JOHANNES WAPENHENTSCHIIUS,
 Magdeburgensis-Saxo.



Ab

Ah lacrymis impleto oculos studiosa juvenus:
 Gymnasii nostri firma columna ruit.
 COELIUS, instituit qui multimodà arte juventam,
 A nobis abiit splendida ad astra Poli.
 Ah lugete Virum, talem lugete Magistrum,
 Aonias docti qui benè, nostis aquas.
 Inter quos & ego flendo tua Fata MAGISTER,
 Solus agens longos continuabo dies.
 In dubiis enim eras mihi portus & anchora rebus,
 Multorumq; instar consilio atq; animo.
 Svave erat Ingenium suavis facundia, mores
 Optandi, & virtusdigna piente Viro.
 Cura fuit tibi permultos tolerare labores,
 Atq; Juventutem, cura docere, fuit.
 Nunc igitur curâ es, PRÆCEPTOR, liber ab omni,
 Ac intras celi gaudia summa Poli.

Præceptori suo fidelissimo,
 gratitudinis & συμπαθείας
 declarandæ ergò faciebat

DAVID CAMERARIUS
 Wratisl. Sil.



EPICEDIIUM
 in obitum
*Admodum Reverendi Viri, Clarissi-
 miq; Theologi,*
 DN.
MARTINI SCHLEGELII,
 Pastoris
 WEISSENSEENSIIUM in THURINGIA
 fidelissimi,
Pridiè Non. Sextil. S. N. An. cId Id CXL.
piè placidèq; defuncti.

VRATISLAVIÆ, Typis GEORGI BAUMANNI,

4 V 52, 37